



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1551. usque ad annum 1553

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 90118561**

§. 29. Caput II. Acta primæ instantiæ intra triginta dies dentur gratis reo appellanti.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66577](#)

„Sententiam reparari , vel ab ipsa de-Sæcul. XVI.  
 „finitiva appellari non possit: quibus A.C. 1551.  
 „casibus Sacrorum, & antiquorum Ca-  
 „nonum statuta illibata persistant.

## §. XXVIII.

## C A P U T II.

*De appellationibus a Sententia Epis-  
coporum.*

*Ad quosnam Appellationis cauſſæ in cri-  
minalibus a Sententia Episcopi devolvantur?*

„A sententia Episcopi , vel ipsius in  
 „Spiritualibus Vicarii generalis, in  
 „criminalibus appellationis cauſſa, ubi  
 „appellationi locus fuerit , si Apostoli-  
 „ca auctoritate in partibus eam committi  
 „contigerit, Metropolitano , seu illius  
 „etiam Vicario in Spiritualibus gene-  
 „rali, aut , si ille aliqua de cauſſa su-  
 „spectus foret , vel ultra duas legales  
 „diætas distet, seu ab ipso appellatum  
 „fuerit , uni ex vicinioribus Episcopis ,  
 „seu illorum Vicariis, non autem infe-  
 „rioribus judicibus committatur.

## §. XXIX.

## C A P U T III.

*Aëta primæ instantiæ intra triginta  
dies dentur gratis reo appellanti.*

„Reus ab Episcopo , aut ejus Vica-  
 „rio in spiritualibus generali, in

D 3 „cri-

**Sæcul. XVI.**, „criminali caussa appellans, coram ju.  
A.C. 1551. „dice, ad quem appellavit, acta primæ  
„instantiæ omnino producat, & Judex,  
„nisi illis visis, ad ejus absolutionem  
„minime procedat. Is autem, a quo  
„appellatum fuerit, intra triginta dies  
„acta ipsa postulanti gratis exhibeat:  
„alioqui absque illis caussa appellatio-  
„nis hujusmodi, prout justitia suaserit,  
„terminetur.

§. XXX.

C A P U T IV.  
*De depositione, & degradatione Ec-  
 clesiasticorum.*

*Qua ratione Episcopi ad depositionem, &  
 degradationem Ecclesiasticorum procedent  
 debeant?*

„**C**um vero tam gravia nonnunquam  
„sint delicta, ab Ecclesiasticis com-  
„missa personis, ut ob eorum atrocita-  
„tem e sacris Ordinibus deponendæ,  
„& Curiæ sint tradendæ sacerdotali, in  
„quo secundum sacros Canones certus  
„Episcoporum numerus requiritur:  
„quos si omnes adhibere difficile esset,  
„debita juris executio differretur; si  
„quando autem intervenire possent,  
„eorum residentia intermitteretur, prop-  
„terea statuit, & decrevit Episcopo per  
„se, seu illius Vicarium in spirituali-  
„bus generalem, contra clericum, in  
„sa-